Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35162
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



manubie arp dicitur
spolia et manubie dicitur
excubie per noctis spacia
vigilantes
manulea idem quod manica
manuleatus i. manicatus
manumissus sa. sum. dicitur
libertati datus a manu
mitto tis et manumittor
eris quod est de manu servi-
tus emittere
manus in manu non erit
innocens malus prouerbiorum
xi. predicta littera ita exponitur
manus in manu scilicet si
fuit i. si ad horam cessat
a mala operatione non
erit innocens malus vel
manus in manu scilicet secure
ponatur i. audactus potest
promittere vel dare fidem
quia non erit innocens malus
maranatha secundum papam
interpretatur dominus non venit
vel dominum adventus et dicit
quod quia non est in penitencia
ad Corintheos xvi. super
illud Si quis non amat

dominum nostrum ihesum xpm ana-
thema et maranatha
est sicut dicit glossa anathema
i. separatus maranatha
i. in adventu domini
marceo ces cui sum supino
et marcesco cis cere dicitur
languescere vel debilitari
corpore sive pigrescere inde
marcens entis
marerium sive fusile fuit
lavatorium in quo lavabantur
sacerdotes
margo inis dicitur extremitas
cuiuslibet rei vel loci
mariclinia dicitur loca
mari vicina sic dicta quia
maris intima et movetur
mariclinus na num
maro onis fuit virgilius
marsupium pii dicitur sacculus
pecunie
massa plata signat sed tamen pro
pondere invenitur in biblia
vel massa apud hebreos
graue pondus dicitur et proprie
metalli alicuius
massa palatharum dicitur pon-
dus vel magnum onus